

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Proœmium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

NICOLAI  
LANCICII  
E SOCIETATE IESV  
OPUSCULVM SPIRITVALE  
TERTIVM  
DE QVATVOR F.

Seu de quatuor Viis perueniendi ad perfectionem & sanctitatem vitæ.

INDEX CAPITVM  
HVIUS OPUSCULI.

D <small>e</small> primo F <small>erri</small> est, de fugiendis iis rebus que displicant Deo. <small>CAP. I.</small>	<small>De incitamentis 19. ad ferenda aequo animo ea, que displicant amori proprio</small>
De modis fugiendi peccata displicantia Deo. <small>CAP. II.</small>	<small>CAP. VI.</small>
De secundo F <small>erri</small> est, de faciendis benè rebus que placent Deo. <small>CAP. III.</small>	<small>Soluuntur dubitationes circa tolerationem aduersitatum. <small>CAP. VII.</small></small>
De circumentiis, seu modis, benè faciendi ea que placent Deo. <small>CAP. IV.</small>	<small>De quarto F<small>erri</small> est, ut feramur semper ad perfectiora. <small>CAP. VIII.</small></small>
De tertio F <small>erri</small> est de ferendis aequo animo iis rebus, que displicant amori proprio. <small>CAP. V.</small>	<small>Quibus in rebus situs sit ascensus perpetuus ad perfectiora. <small>CAP. IX.</small></small>
	<small>Quæ nos excitare possunt, ut semper feramur ad perfectiora. <small>CAP. X.</small></small>

Index rerum præcipuarum huius Opusculi ac reliquorum positus est ordine in fine totius operis.

PROOEMIVM.

**S**olent Perfectionis studiosi à suis quærere in Spiritu Magistris, quibus insistēdo viis, possint perfectionem spiritualis vitæ attingere, vel se ad felicem ac bonam mortem disponere: aut ad præcipua festa ritè celebranda, vel ad renouationem Votorum ac spiritus, cum fructu; nec non ad benè sumendum SS. Eucharistiam præparare. Ad hac omnia, & his similia, meo iudicio, valde profutura existimō, & tanquam sufficiētissima ex parte nostrā, media proponere soleo quatuor Ferri hoc est, quatuor Monita ab Ferri, memorie causa incipientia.

Primum est. *Fugere omnia que displicant Deo.*  
Secundum. *Facere bene omnia que placent Deo.*  
Tertium. *Ferre aequo animo omnia que displicant amori proprio.*  
Quartum. *Ferri semper ad perfectiora.* Quæ quidem more medicorum appellari possunt tanquam remedia seu *pharmacæ Catholicae*, vel, ut appellantur à Rhetoribus, *præcepta vniuersalia*, vel *Quintil. Perpetualia.* 1.z. cap. 13.  
Ad quæ quatuor Ferri, seu Monita, possunt applicari illa S. Bernardi verba: *Quicquid agendum sit, (hoc est F. secundum) quicquid declinandum, (F. primum) quicquid tolerandum, (F. tertium) Quicquid optandum, (F. quartum) Tu es Domine spes mea.* Ser. 9. in Psal. 90.

Coll. 10.  
Cap. 8.

Benè ait Abbas Germanus in Collatione  
Abbatis Isaac apud Cassianum ; *Cuiuslibet artis*  
*seu disciplina perfectionem* debere incipere *at quibusdam*  
*mollibus rudimentis*, & *facilioribus* primū, ac tener-  
imū indicis imbuī, *et quodam rationabilē lacte nu-*  
*trita paulatim succrescat*, atque ita ab imis ad summa-  
*sensim gradatimq;* *confendas*, quibus cū fuerit pla-  
*niora principia*, *et quodammodo ianuas arrepta pro-*  
*fessionis ingressa*, *ad penetrabiliora quoque perfectionis*  
*excelsa fastigia consequenter* & *absque labore perue-*  
*niat*. Nam quemadmodūn pronunciare puerorum  
quispiam simplices poterit copulas syllabarum, nisi priū  
elementorum characteres diligenter agnouent? *et* ve-  
*quomodo legendi peritiam consequetur*, qui breves &  
angustas descriptiones nominum, *ne*cdum est idoneū  
comungare? *qua* autē rationē is qui peritiam Gramma-  
tica disciplina minus instrūctus est, *vel* rhetorican  
facundiam, *vel* philosophicam scientiam consequetur  
Quapropter huic quoque sublimissima discipline, *pe-*  
*quam instruimur Deo iugiter adherere, quedam sun-*  
*stitutiones fundamenta*, quibus primū fortissimū  
collocatis, post hac superposita extollantur perfectionis  
excelsa fastigia.

in Psal. 1. *cio, sunt fugae omnium quæ displaceant Deo.  
Quia ut bene ait S. Basilus, Principium proscriptum  
est digressus à malo. Hoc malum fugere docet pri-  
mum F.*

## CAPVT PRIMVM

*De primo F*

**P**rimum F. significat fugienda esse illa omnia quæ displicent Deo. Ea verò sunt Triplicia:

1. *Primo & principaliter, sunt quævis peccata  
quæ quia intrinsecè mala sunt, positivè disipli-  
cent Deo, ideoque & in hac vitâ & in alterâ pu-  
nuntur à Deo.*

*Porrò notandum est 1. ex doctrinā Philo-  
phorum Moralium, Rerum circa mores fu-  
giendarum tres esse species, *Vitium, inconti-  
nitiam, & feritatem seu immanitatem.* Ita docuit  
Aristoteles. Similia verba habentur apud Thea-  
gen Pythagoreum, à quo ea accepisse Aristo-  
telem existimat Patricius tr. 2. disculps. Peripat.  
c. 7. in fine.*

2. *Vitium*, est habitus ad operationem malam inclinans lege naturæ, vel diuinā, vel humanā vicitam, & recte rationi contrariam. Et, vi est ab incontinentiâ & immanitate diuersum significat simplex vitium, sine passionum commotione, à solâ voluntate pendens, & ut dicunt Itali, sanguine frigido committi solitum; à sanguine freddo.

3. *Incontinentia*, est flagitium ex vehementi commotione passionum admissum, ideoque aī Aristoteles incontinentem ministris peccati

I.7.eth. commotione passionum admissum, ideoque  
sapc. ait Aristoteles incontinentem minus peccare

& maiore venia esse dignum. quam simplici vi-  
tio laborantem, qui sine commotione passio-  
num vtrum & ex malitia peccat, turpe aliquid  
faciendo, ut si non iratus, quam iratus, iniuste  
aliquem verberaret.

Immanitas seu feritas, est quædam enormitas  
vitij, ferinum quiddam & bestiale præfere-  
rens, & ordinariis prauitatis limites enor-  
miter transliens: & opponitur, vt ait Aristoteles,  
virtuti heroiæ quo est, excellentissima que capi-  
dam virtutis perfectio, constituens hominem  
quodammodo diuinum. Talem feritatem ait  
cap. 5. fuisse illius mulieris, cui voluere erat alio  
grandiarum resculfa, extra etum inde fætum co-  
medere, & eorum qui turpi cum masculis con-  
suetudine se fædant.

Itaque hæc sunt quæ maximè displaceant  
Deo, & fugienda sunt omnino iis, qui volunt  
placere Deo, & proficere in virtutibus, & ad  
vitæ sanctæ perfectionem peruenire.

Sed hic obiter secundò notandum est, perperam  
Stoicos teste Plutarcho sensisse; Virtutem ne-  
mini communicari, nisi omni proflus virtio ca-  
reat; enim falsum esse, & Sacra litteræ, &  
Sancti Patres, & experientia demonstrant.  
Tantum ergo laborandum est, ut quantum fie-  
ri potest in hac nostra natura fragilitate, à vitiis  
abstineamus, ea extirpemus, fugiamus cum Di-  
uinâ gratia auxilio, & sensim nos ab iis libere-  
mus, tanquam ab iis quæ displicent Deo.

Secundo, displacent Deo, violationes Regulæ  
rum Religiorum (& similium legū, in aliqui-  
bus piis Congregationibus præscriptarum) et  
iam illarum, quæ ex se non obligant ad peccatū:  
tum quia displacent & vetita sunt à Vicariis  
Dei, Superioribus nostris, Diuine apud nos vo-  
luntatis interpretibus, quos audiendo vel spernem-  
do, Deum audimus vel spernemus, Christi Domini 16.  
Iudicium; tum quia vix aliquando violantur Re-  
gulae Religioles sine aliquo peccato, ob causas  
quas adferit S. Thom. & ibidem explicat Caiet. Tho. 2.2.  
ac noster P. Thom. Sanc. & ob plures alias, quas quod 186.2.2.  
enumero in Opus. de Observatione Regularū.  
ad 7.

Tertiū. displicent Deo, sive potius, non placet. 7.  
quædam imperfectiones operum, quæ, eti pro- Catec. lib.  
priè loquendo peccata non sint, animam culpâ Decal.  
aliquâ maculantia, sunt tamen iudicio Dei vel 1.6. c.4.º  
Sanctorum reprehensione digna, & vt paulò post 14.15.  
videbimus, reprehensa & improbatâ a Sanctis.  
Talis imperfectione fuit in Petro Apostolo, dum  
auditâ Christi morte Hierosolymis perficiendâ, Matt. 16.  
dixit ei: *Abist à te, Domine, nō erit tibi hoc.* Quia ver. 22.2.  
ba displicuisse Christo manifestum est, quia statim dixit Petro: *Vade posf me Satana, scandalum es  
mihi: quia non sapis ea que Dei sunt, sed ea que homi-  
num.* Quia tamen in re Petrum non peccasse, 2.2.q.43.  
docet S. Thomas: quia, inquit, *volebat Christi pas-  
sionem impedire, quodam pietatis affectu in Christum.*  
Et ita S. Chrysostomus, & S. Hieronymus id, 3.2.ad.2.  
ex magno Petri erga Christum affectu, & B. Lau- in Com-  
mentar.